Pietrzykowo Abrenunciatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nlis Zophia filia olim Mathei Pietrzykowski consors Nlis Thomae Jakubowski cum eiusdem Mariti sui uti tutoris coniugalis personali astantia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nlis Albertus Pietrzykowski pro Omni et integra dote ac paraphernalibus se recognoscens de bonis Pietrzykowo Paternis et Maternis concernens satisfecit ideo recepta sua satisfactione quietat et liberam facit bonisque Omnibus Paternis et Maternis abrenunciat perpetue.

Perki Buienki Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nlis Clemens olim Joannis Perkowski de Perki Nowa heres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nli Stanislao olim Philippi Perkowski et ipsius Successoribus Bonorum in hereditate Perki Buienki totam sortem suam se concernentem sitam in Campo a Kniaziewo versus Franki totam sortem suam cum agris pratis sylvis rubetis et Omnibus ac singulis utilitatibus Nullis exceptis in Decem florenis Polon. ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum pacifica possessione per Nlem et Nlis duos officio acceptandam dat et admittit submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione Commissionem ab Omni impedimento vindicare quarumvis personarum propinquarum et remotarum per totum tempus tenutae eiusmodi tueri defendere, evincere libere per se et per subnixas personas non inquietare sub vadio simili aliorum Decem florenis Polon. Ut Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibusque in Universum iuris remediis et defensis se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando.

Suchodolski Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nlis Marina filia olim Valentini Mystkowski consors Nlis Joannis Radzinski cum eiusdem Mariti sui personali astantia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nlis Erasmus olim Gasparis Suchodolski Sexaginta florenos Polon. debiti Coram Actis Castren. Mielnicen. inscripti anticipando tempus solutionis pro festo Sancti Martini Confessoris proxime futuro micedentis persolvit ideo ipsum quietat et inscriptionem cum toto effectu cassat perpetue Patrocinio suo adiu accedente.

Pietki Basie Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nlis Catherina filia olim Pauli Pietka relicta consors olim Nlis